DISPVTATIO PVBLICA, ET SOLEMNIS,

AD TEXTVM SINGVLAREM IN LEGE VETVS FVIT QVÆSTIO 68. D. DE VSVFRVCT.

ET

PRO DIGNITATE HVMANÆ NATVRÆ, & Diſciplina Stoica.

CONTRA

Sabinianorum ſectam.

PVLCRA, ET NON INELEGANS DEFENSIO Legalis Philoſophica.

Illuſtriſsimo Principi, & Præclariſsimo Dom. D. Didaco Riaño & Gamboa in Supremo Sanctæ Cruciatæ Senatu Præſidi Maximo.

DICAT.

Licent. D. Martinus Sarauia primum Decretalium Clementinarum nunc Cathedræ moderator, & in Regia Curia aduocatus, & pauperum publico ſtipendio Patronus.

Vallis-Oleti. Ex Officina Antonij à Rueda. anno 1648.

Expenſis Blaſij Lopez Calderon Blibiopolæ, & ſtationarij Vniuerſitatis.

Illuſtriſsimo Principi, & Præclariſsimo D. D. Didaco Riaño & Gamboa, equeſtris Diui Iacobi militiæ ſthemate claro.

OLIM.

Diui Bartholomei Maioris & antiquioris Collegij Clamyde primariè inſignito & poſt decurſos Iuris Canonici, uſque ad Veſperorum Cathedram Lauros, ad Senatoriā euecto purpuram. Inſignis aduocati Fiſci in Pintiana, Senatoris integerrimi in Granatenſi Curia famam, & præclarum nomen conſequuto. & deniq; poſt ſummam Patritiatus dignitatem, & alia munera in Regis potentiſsimi noſtri, tum in Italia, tum in Cantabris, honorem, & totius Regni ſalutem perfecta. Iterum in Pintiana Curia Præfecto prætorio. Nunc maximi, & Supremi, Sanctæ Cruciatæ Senatus Præſidi.

D. Martinus Sarauia ſuus ſemper additiſsimus.

CVM cogitarem edere in lucem relectionem hāc, mētem ſtatim præoccupaſti (illuſtriſsime Princeps) ut cum in aliquo rependere nō poſſem, quæ diu in me beneficia contuliſti, maximè cum in hac noſtra Vallis-Oletana Curia Præſidis dignitate pręfulgeres, eri

gens

DISPVTATIO PVBLICA, ET SOLEMNIS.

Ad textum difficilem in l. vetus quæſtio 68. D. de vſufructu, &c.

Et ornamẽtum ſingulare, & nouum ad Iuris Conſultum Domicium Vlpianum, lib. 17. ad Sabinum, quod ſiſtit in corpore D. Veteris.

Vlpiani verba exprimuntur.

Vetus fuit quæſtio, an partus ad fructuarium pertineret, ſed Bruti ſententia obtinuit fructuarium in eo locum non habere, neque enim in fructu hominis homo eſſe poteſt, hac ratione, nec vſumfructum in eo fructuarius habebit, quid tamen ſi fuerit etiam partus vſusfructus relictus, an habeat in eo vſumfructum? & cum poterit partus legari, poterit, & vſusfructus eius.